1885

Idque jam fit, nec desunt, qui græca græce doceant
ore, malluntque, quam volumus; rationem docendi juvat,
quæ jam incipit vulgari cuique faces prætulerunt ma-
tres illæ omnis educationis bonæ, ingenuæ, liberalis,
Afra, Porta, Grimma, separatio gymnasiorum et Lyce-
orum a scholis, quæ audiunt, trivialibus; sane perutilis,
sapientissimaque. Nullus autem omnium librorum græco-
rum, unum si exceperis Homeri, ita est comparatus, quem
græce et malis interpretari, et, quum adsit supellex vete-
rum Grammaticorum lautissima, posses facilius rectius,
copiosius, quam tragoedias. Accedit, quod harum lingua
omnibus est numeris absoluta, eaque, cui præter illos
triumviros, auctores conditoresque, habeas fere neminem,
qui aut aliquid addiderit, aut demserit. Stat illa,
quam finxerant ~~ita~~ tres Gratiæ, segnes nodum solvere
reliqua omnia dictionis genera fluctuant, natant. La-
tinam versionem nonnisi difficilioribus locis ambigu-
isque subjunxi. Principes recentioris ætatis qua-
aut monuerunt, aut docuerunt, Valckenaer. Porson. Schütz.
Hermann. Seidler. Schæfer, Reisig, Blomfield. Elmsley.
quod meum esse putavi, suo loco laudavi, veteribus ut
recentiora adessent, manca ut explerentur, ægra sanaren-
tur, obscuris lux ut afferretur, itaque priscus nitor revo-
caretur, utrumque et antiquum et recentius unoquoque
loco pateret, neque esset, cur lector multum temporis

189 346

in tot tantisque voluminibus, si haberet, consumeret, iter dum
perderet, si non haberet, omni ope destitutus circumspi-
ceret auxilium, ad manum ut esset apparatus vocum græcarum
in lucemque protraherentur, quæ in Lexicis et Grammaticis
abdita latebant. Tanta in rerum mole id inprimis erat
videndum, omnia ut justo ordine sese exciperent, procederent
et suo quoque loco posita paterent; omnem enim fere facilius
et oculis et mente perlustrabis regionem. Procedit autem
in Verbis prima vocis potestas, significantur stirpis quasi
rami et propiores et remotiores vel ex Casibus, quos di-
cunt, quosque regit verbum, diversis. Est tamen, ubi limi-
colorum instar, tes confluant confundanturque. Nullam equidem vidi Logicen,
quæ omnes omnino fines cujusque significationis tam accurate
et subtiliter describeret, quam aures sentirent, imaginatio-
vis sibi fingeret. Huc non injuria transferas illud Hora-
tianum: „Lucanus an Appulus, anceps. Nam Venusinus arat
finem sub utrumque colonus." Hinc unum idemque verbum
duobus legas locis ut πράττειν et πάσχειν, πράττειν et εἶναι
affinia, non eademque ~~aliaque~~. Silva autem vel justo densior verborum locuple-
tissimorum τὸ εἶναι, τυγχάνειν, τιθέναι, ποιεῖν, ἔχειν cle-
variis artibus, ita ut durius Temporibus, Modis, Partici-
piis, Adverbiis, Præpositionibus ordinem instituerem, est col-
lecta. ~~Nominibus substantivis~~ Hinc omnem ad hunc thesaurum
opulentissimum unicuique aditus patet, eumque sibi
quisque, si, quas in manum dedi claves adhibuerit, bre-
viore ~~t~~ aperiet tempore.